

PROLOGUS GENERALIS IN
OPUS TRIPARTITUM

Prologus iste generalis, qui praemittitur, primo docet
auctoris intentionem, secundo operis distinctionem, tertio
ordinem et modum in opere procedendi. Singulis tamen
tribus operibus sua specialia prooemia praemittentur.

Auctoris intentio in hoc opere tripartito est satisfacere pro
posse studiosorum fratrum quorundam desideriiis, qui iam
dudum precibus importunis ipsum impellunt crebro et
compellunt, ut ea quae ab ipso audire consueverunt, tum in
lectionibus et aliis actibus scholasticis, tum in praedicationibus,
tum in cottidianis collationibus, scripto commendet,
praecipue quantum ad tria: videlicet quantum ad generales et
sententiosas quasdam propositiones; item quantum ad diver-
sarum quaestionum novas, breves et faciles declarationes;
adhuc autem tertio quantum ad auctoritatum plurimarum
sacri canonis utriusque testamenti raras expositiones, in his
potissime quae se legisse alias non recolunt vel audisse,
praesertim quia dulcius irritant animum nova et rara quam
usitata, quamvis meliora fuerint et maiora.

Distinguitur igitur secundum hoc opus ipsum totale in tria
principaliter. Primum est opus generalium propositionum,
secundum opus quaestionum, tertium opus expositionum.

Opus autem primum, quia propositiones tenet mille et
amplius, in tractatus quattuordecim distinguitur iuxta
numerum terminorum, de quibus formantur propositiones.
Et quia »opposita iuxta se posita magis elucescunt« et »oppo-

aus: Meister Eckhart, Predigten - Traktate. Text und Kommentar,
Frankfurt a.M. 2008

DER ALLGEMEINE PROLOG ZUM
DREIGETEILTEN WERK

Die hier vorangestellte allgemeine Vorrede belehrt erstens
über die Absicht des Verfassers, zweitens über die Gliede-
rung des Werkes, drittens über die Ordnung und das
Verfahren in dem Werke. Den einzelnen drei Werken werden
jedoch ihre besonderen Vorreden vorangestellt werden.

Der Verfasser beabsichtigt in diesem dreiteiligen Werke,
nach Vermögen den Wünschen eifriger Mitbrüder zu genü-
gen, die ihn schon lange mit inständigen Bitten oftmals
angehen und drängen, das, was sie von ihm in Vorlesungen
und anderen Schulübungen wie auch in Predigten und täglich-
chen Besprechungen zu hören gewohnt waren, schriftlich
niederzulegen, vornehmlich in dreifacher Hinsicht, nämlich
hinsichtlich gewisser allgemeiner und lehrsatzartiger The-
sen, zweitens hinsichtlich neuer kurzer und leicht faßlicher
Erklärungen verschiedener Probleme, ferner aber drittens
hinsichtlich ungewöhnlicher Auslegungen zahlreicher Aus-
sprüche der Hl. Schrift beider Testamente; besonders
solcher, die sie ihrer Erinnerung nach sonst nicht gelesen
oder gehört haben, weil Neues und Ungewöhnliches ja einen
angenehmeren Reiz auf den Geist ausübt als Gewohntes,
möge dies auch besser und bedeutender sein.

Demgemäß gliedert sich das Gesamtwerk also in drei
Hauptwerke. Das erste ist das Werk der allgemeinen Thesen,
das zweite das Werk der Probleme, das dritte das Werk der
Auslegungen.

Weil das erste Werk aber tausend und mehr Thesen
enthält, gliedert es sich nach der Zahl der Begriffe, über
welche die Thesen aufgestellt werden, in vierzehn Abhand-
lungen. Und weil »Gegensätze, wenn man sie nebeneinander
stellt, schärfer hervortreten« und weil sie »Gegenstand ein-

sitorum eadem est scientia«, quilibet praedictorum tractatum bipartitus est. Primo enim ponuntur propositiones de ipso termino, secundo ponuntur propositiones de eiusdem termini opposito.

5 Primus tractatus agit de esse et ente et eius opposito quod est nihil.

Secundus de unitate et uno et eius opposito quod est multum.

10 Tertius de veritate et vero et eius opposito quod est falsum.

Quartus de bonitate et bono et malo eius opposito.

Quintus de amore et caritate et peccato, eius opposito.

Sextus de honesto, virtute et recto et eorum oppositis, puta turpi, vitio, obliquo.

15 Septimus de toto et parte, eius opposito.

Octavus de communi et indistincto et horum oppositis, proprio et distincto.

Nonus de natura superioris et inferioris eius oppositi.

Decimus de primo et novissimo.

20 Undecimus de idea et ratione et horum oppositis, puta de informi et privatione.

Duodecimus vero de quo est et quod est ei condiviso.

Decimus tertius agit de ipso deo summo esse, quod »contrarium non habet nisi non esse«, ut ait *Augustinus* De immortalitate animae et De moribus Manichaeorum.

Decimus quartus de substantia et accidente.

Opus autem secundum, quaestionum scilicet, distinguitur secundum materiam quaestionum, de quibus agitur ordine quo ponuntur in Summa doctoris egregii venerabilis fratris 30 *Thomae de Aquino*, quamvis non de omnibus sed paucis,

und desselben Wissens sind«, ist jede der genannten Abhandlungen zweiteilig. Denn zuerst werden Thesen über den Begriff selbst, zweitens über seinen Gegensatz aufgestellt.

Die erste Abhandlung handelt vom Sein und vom Seienden und seinem Gegensatz, dem Nichts.

Die zweite von der Einheit und dem Einen und seinem Gegensatz, dem Vielen.

Die dritte von der Wahrheit und dem Wahren und seinem Gegensatz, dem Falschen.

Die vierte von der Güte und dem Guten und dem Schlechten, seinem Gegensatz.

Die fünfte von der Minne und der Liebe und der Sünde, ihrem Gegensatz.

Die sechste vom sittlich Guten, von der Tugend und vom Geraden und deren Gegensatz, nämlich dem sittlich Schlechten, dem Laster und dem Ungeraden.

Die siebente vom Ganzen und vom Teile, seinem Gegensatz.

Die achte vom Gemeinsamen und Ununterschiedenen und seinem Gegensatz, dem Eigentümlichen und Unterschiedenen.

Die neunte von der Natur des Oberen und des Niederen, seines Gegensatzes.

Die zehnte vom Ersten und vom Letzten.

Die elfte vom Urbild und von der Idee und ihrem Gegensatz, nämlich dem Ungeformten und der Beraubung.

Die zwölfte von dem, wodurch etwas ist, und dem, was etwas ist, seinem Gegenstück.

Die dreizehnte handelt von Gott selbst, dem höchsten Sein, »das keinen Gegensatz außer dem Nichtsein hat«, wie Augustin in den Schriften Von der Unsterblichkeit der Seele und Von der Religion der Manichäer sagt.

Die vierzehnte von der Substanz und dem Akzidenz.

Das zweite Werk aber, also das der Probleme, gliedert sich nach dem Gegenstand der Probleme, die in der gleichen Reihenfolge wie in der Summe des hervorragenden Lehrers, des ehrwürdigen Bruders Thomas von Aquin behandelt

prout se offerebat occasio disputandi, legendi et conferendi.

Opus vero tertium, scilicet expositionum, in duo dividitur. Quia enim nonnullas auctoritates utriusque testamenti in sermonibus specialiter diffusius auctor pertractavit et exposuit, placuit ipsi alias seorsum exponere et hoc opus sermonum nominari. Adhuc autem opus expositionum subdividitur numero et ordine librorum veteris et novi testamenti, quorum auctoritates in ipso exponuntur.

Et quamvis haec omnia pelagus quoddam scripturae videantur requirere, duo tamen sunt quae brevitati, quantum licuit, deserviunt et opus succingunt. Primo, quia vix aliqua et rarissime alias habita hic ponuntur. Secundo, quia tam in opere quaestionum quam in opere expositionum intercise et de paucissimis respective hic tractatur. Quo etiam modo beatus *Augustinus* procedit in libris septem Quaestionum super primos septem libros veteris testamenti et in De 83 quaestionibus et Ad Orosium et nonnullis aliis libris suis.

Advertendum est autem quod nonnulla ex sequentibus propositionibus, quaestionibus, expositionibus primo aspectu monstruosa, dubia aut falsa apparebunt, secus autem si sollerter et studiosius pertractentur. Luculenter enim invenietur dictis attestari veritas et auctoritas ipsius sacri canonis seu alicuius sanctorum aut doctorum famosorum.

Ad evidentiam igitur dicendorum tria sunt praemittenda. Primum est quod de terminis generalibus, puta esse, unitate, veritate, sapientia, bonitate et similibus nequaquam est

werden, jedoch nicht alle, sondern nur wenige, wie sie sich, je nach Gelegenheit, bei Disputationen, Vorlesungen und Besprechungen ergaben.

Das dritte Werk, nämlich das der Auslegungen, zerfällt in zwei Teile. Denn weil der Verfasser einige Aussprüche beider Testamente in Predigten mit besonderer Ausführlichkeit behandelt und ausgelegt hat, beschloß er, <auch> andere gesondert auszulegen und diesen <Teil> als Predigtwerk zu bezeichnen. Im übrigen aber gliedert sich das Werk der Auslegungen nach Zahl und Reihenfolge der Bücher des Alten und Neuen Testamentes, deren Aussprüche darin ausgelegt werden.

Und obwohl dies alles schier ein Meer von Büchern zu erfordern scheint, so sind es doch zwei Umstände, die der Kürze dienen, soweit es anging, und den Umfang des Werkes verringern. Erstens: nur das eine und andere und nur ganz selten anderswo Behandeltes wird hier aufgenommen. Zweitens: sowohl in dem Werk der Probleme wie in dem Werk der Auslegungen handelt es sich nicht um eine fortlaufende Erörterung, sondern nur um Besprechung einiger weniger Punkte unter Bezugnahme auf andere Stellen. In dieser Weise verfährt auch der heilige Augustin in den sieben Büchern über Probleme des Heptateuch und in dem Buch Über 83 Fragen und An Orosium und einigen anderen seiner Bücher.

Es ist aber zu beachten, daß einiges aus den folgenden Thesen, Problemen und Auslegungen beim ersten Anblick ungeheuerlich, zweifelhaft oder falsch erscheinen wird, anders aber verhält es sich, wenn man es mit Scharfsinn und größerer Hingebung durchdenkt. Dann wird man finden, daß die Wahrheit und das Gewicht der Heiligen Schrift oder eines Heiligen oder berühmten Lehrers für das Gesagte helleuchtendes Zeugnis ablegt.

Zum Verständnis der nachfolgenden Ausführungen ist also dreierlei vorzuschicken. Das erste ist dies: Die Allgemeinbegriffe, zum Beispiel Sein, Einheit, Wahrheit, Weisheit, Güte und dergleichen darf man sich nicht vorstellen

imaginandum vel iudicandum secundum modum et naturam accidentium, quae accipiunt esse in subiecto et per subiectum et per ipsius transmutationem et sunt posteriora ipso et inhaerendo esse accipiunt. Propter quod et numerum et divisionem accipiunt in ipso subiecto in tantum, ut subiectum cadat in diffinitione accidentium huiusmodi in ratione qua esse habent. Secus autem omnino se habet de praemissis generalibus. Non enim ipsum esse et quae cum ipso convertibiliter idem sunt, superveniunt rebus tamquam posteriora, sed sunt priora omnibus in rebus. Ipsum enim esse non accipit quod sit in aliquo nec ab aliquo nec per aliquid, nec advenit nec supervenit alicui, sed praevenit et prius est omnium. Propter quod esse omnium est immediate a causa prima et a causa universali omnium. Ab ipso igitur esse et per ipsum et in ipso sunt omnia, ipsum non ab alio. Quod enim aliud est ab esse, non est aut nihil est. Ipsum enim esse comparatur ad omnia sicut actus et perfectio et est ipsa actualitas omnium, etiam formarum. Propter quod *Avicenna* VIII *Metaphysicae* 6 c. ait: »id quod desiderat omnis res, est esse et perfectio esse, in quantum est esse«; et subdit: »id ergo quod vere desideratur, est esse«.

Hinc est quod omnis res quamvis mobilis et transmutabilis de consideratione est metaphysici, in quantum ens, etiam ipsa materia, radix rerum corruptibilium. Et iterum: esse rerum omnium, in quantum esse, mensuratur aeternitate, nequaquam tempore. Intellectus enim, cuius obiectum est ens et in quo secundum *Avicennam* ens cadit primo omnium, ab hic et nunc abstrahit et per consequens a tempore. *Augustinus* VII *De trinitate* c. 1 praedictis alludens dicit: »sapientia« »sapiens est et se ipsa sapiens est. Et« »quaecumque anima participa-

oder beurteilen nach der Seinsweise und Natur der Akzidentien. Denn diese empfangen ihr Sein in einem Träger und durch einen Träger und durch dessen Veränderung, sind also <ihrer Natur nach> später als er und empfangen ihr Sein als Sein an etwas. Deshalb empfangen sie auch ihre Zahl und Einteilung nach dem <Verhältnis zum> Träger, in dem Maße, daß er in die Begriffsbestimmung derartiger Akzidentien eingeht, sofern sie Sein haben. Völlig anders aber verhält es sich mit den genannten Allgemeinbegriffen. Denn das Sein selbst und was mit ihm bis zur Vertauschbarkeit identisch ist, kommt nicht wie etwas Späteres zu den Dingen hinzu, sondern ist früher als alles andere in den Dingen. Denn das Sein selbst empfängt sein Sein nicht an etwas noch von etwas noch durch etwas noch kommt es <von außen> herbei noch zu etwas hinzu, sondern es geht voraus und ist früher als alles. Deshalb ist das Sein aller Dinge unmittelbar von der ersten Ursache und von der allumfassenden Ursache aller Dinge. Vom Sein also und durch es und in ihm ist alles <Röm. 11,36>, es selbst aber ist von nichts anderem. Denn was verschieden ist vom Sein, ist nicht oder ist nichts. Denn das Sein als solches verhält sich zu allem anderen wie dessen Verwirklichung und Vollendung, ja es ist die Wirklichkeit aller Dinge, auch der Formen. Deshalb sagt *Avicenna* im 6. Kapitel des 8. Buches seiner *Metaphysik*: »das, was jedes Ding verlangt, ist das Sein und die Vollkommenheit des Seins, insofern es Sein ist«. Und er fügt hinzu: »das also, was wahrhaft verlangt wird, ist das Sein«.

Daher unterliegt jedes Ding, mag es auch beweglich und veränderlich sein, als seiendes der Betrachtung des Philosophen, sogar die Materie, die Wurzel der vergänglichen Dinge. Ferner hat das Sein der Dinge als solches sein Maß an der Ewigkeit, keineswegs an der Zeit. Denn der Geist, dessen Gegenstand das Seiende ist und der dies nach *Avicenna* zuerst von allem erfaßt, sieht vom Hier und Jetzt und folglich von der Zeit ab. *Augustin*, der im 1. Kapitel des 7. Buches Von der Dreifaltigkeit auf das Gesagte anspielt, sagt: »Die Weisheit ist weise und ist durch sich selbst weise.

tione sapientiae fit sapiens si rursus desipiat manet tamen in se sapientia, nec cum fuerit anima in stultitiam commutata, illa mutatur. Non ita est in eo qui ex ea fit sapiens, quemadmodum candor in corpore quod ex illo candidum est. Cum enim corpus in alium colorem fuerit commutatum, non manebit candor ille atque omnino esse desinet.

Secundo est praenotandum quod universaliter priora et superiora nihil prorsus accipiunt a posterioribus, sed nec ab aliquo afficiuntur quod sit in illis; sed e converso priora et superiora afficiunt inferiora et posteriora et in ipsa descendunt cum suis proprietatibus et ipsa sibi assimilant, utpote causa causatum et agens passum. De ratione enim primi et superioris, cum sit »dives per se«, est influere et afficere inferiora suis proprietatibus, inter quas est unitas et indivisio. Semper divisum inferius unum est et indivisum in superiori. Ex quo patet quod superius nullo modo dividitur in inferioribus, sed manens indivisum colligit et unit divisa in inferioribus.

Exemplum evidens praemissorum est in partibus animalis, in quibus dividitur non anima, sed manens indivisa singulas partes in se unit, ut ipsarum sit una anima, una vita, unum esse et unum vivere, in tantum quod si caput hominis imaginaretur in polo arctico et pedes in polo antarctico, non plus distabit pes a capite quam a se ipso nec erit inferior capite quantum ad esse, vivere, animam et vitam. In uno enim nulla est distantia, nihil inferius altero, nulla prorsus distinctio figurae, ordinis aut actus.

Tertio et ultimo est praenotandum quod opus secundum,

Und welche Seele immer durch Teilhabe an der Weisheit weise wird: wenn sie wieder unweise wird, bleibt doch die Weisheit in sich. Und wenn sich die Seele zur Torheit wandelt, wandelt sie sich nicht. Es verhält sich mit dem, der von ihr weise ist, nicht so wie mit der Weiße an einem Körper, der von ihr weiß ist. Denn wenn der Körper in eine andere Farbe umgefärbt wird, bleibt jenes Weiß nicht, sondern hört gänzlich auf zu sein.

Zweitens ist vorher zu bemerken, daß ganz allgemein das Frühere und Obere durchaus nicht von dem Späteren empfängt, ja sogar auch von nichts in ihm berührt wird. Sondern das Frühere und Obere berührt vielmehr das Niedere und Spätere und steigt mit seinen Eigentümlichkeiten in es herab und gleicht sich – nämlich als Ursache und als Tätiges – jenes als das Verursachte und das Leidende an. Denn im Wesen des Ersten und Oberen liegt es, da es »von Natur reich« ist, das Niedere mit seinen Eigentümlichkeiten zu beeinflussen und zu berühren, zwischen denen Einheit und Ungeteiltheit besteht. Immer ist das im Niederen Geteilte eins und ungeteilt im Oberen. Daraus erhellt, daß das Obere in keiner Weise im Niederen geteilt wird, sondern es bleibt ungeteilt und bindet und eint das im Niederen Geteilte.

Ein anschauliches Beispiel für das Gesagte bieten die Teile eines Lebewesens: die Seele wird in ihnen nicht geteilt, sondern bleibt ungeteilt und eint die einzelnen Teile in sich, so daß sie *eine* Seele, *ein* Leben, *ein* Sein und *ein* Lebendigsein haben. Das ist so wahr, daß, wenn man sich das Haupt eines Menschen am Nord- und seine Füße am Südpol <des Himmels> dächte, der Fuß vom Haupt nicht weiter entfernt wäre als von sich selbst und hinsichtlich von Sein, Lebendigsein, Seele und Leben keinen niederen Platz als das Haupt einnähme. Denn wo Einheit ist, da gibt es keine Entfernung, da ist nichts niedriger als das andere, da ist durchaus kein Unterschied der Gestalt, des Ranges oder der Wirklichkeit.

Drittens und letztens ist vorher zu bemerken, daß das

similiter et tertium sic dependent a primo opere, scilicet propositionum, quod sine ipso sunt parvae utilitatis, eo quod quaestionum declarationes et auctoritatum expositiones plerumque fundantur supra aliquam propositionum. Ut autem hoc exemplariter videatur et habeatur modus procedendi in totali opere tripartito, prooemialiter praemitemus primam propositionem, primam quaestionem et primae auctoritatis expositionem.

Prima igitur propositio est: *Esse est deus*. Prima quaestio de divinitate: *Utrum deus sit*. Prima auctoritas sacri canonis est: *In principio creavit deus caelum et terram*. Primo igitur videamus propositionis declarationem, secundo ex ipsa quaestionis solutionem, tertio ex eadem auctoritatis praemissae expositionem.

Esse est deus. Patet haec propositio primo, quia si esse est aliud ab ipso deo, deus nec est nec deus est. Quomodo enim est aut aliquid est, a quo esse aliud, alienum et distinctum est? Aut si est deus, alio utique est, cum esse sit aliud ab ipso. Deus igitur et esse idem, aut deus ab alio habet esse. Et sic non ipse deus, ut praemissum est, sed aliud ab ipso, prius ipso, est et est sibi causa, ut sit.

Praeterea: omne quod est per esse et ab esse habet, quod sit sive quod est. Igitur si esse est aliud a deo, res ab alio habet esse quam a deo.

Praeterea: ante esse est nihil. Propter quod conferens esse creat et creator est. Creare quippe est dare esse ex nihilo. Constat autem quod omnia habent esse ab ipso esse, sicut omnia sunt alba ab albedine. Igitur si esse est aliud a deo, creator erit aliud quam deus.

zweite Werk und gleichfalls das dritte so von dem ersten Werk, nämlich dem der Thesen, abhängen, daß sie ohne es nur von geringem Nutzen sind, weil sich die Erklärungen der Probleme und die Auslegungen der Schriftworte meistens auf eine der Thesen gründen. Damit man das aber an einem Beispiel sieht und das Verfahren in dem gesamten dreiteiligen Werk vor Augen hat, werden wir einleitend die erste These, das erste Problem und die Auslegung des ersten Schriftwortes vorausschicken.

Die erste These lautet also: *Das Sein ist Gott*. Das erste Problem hinsichtlich der Gottheit: *Ist Gott?* Der erste Ausspruch der Hl. Schrift lautet: *Im Anfang hat Gott Himmel und Erde geschaffen*. Zuerst also wollen wir die Erklärung der These betrachten, zweitens auf Grund derselben die Lösung des Problems, drittens auf Grund derselben die Auslegung des angeführten Schriftwortes.

Das Sein ist Gott. Diese These erhellt erstens daraus: wenn das Sein etwas anderes ist als Gott, so ist Gott entweder nicht oder er ist nicht Gott. Denn wie ist das oder wie ist es irgend etwas, von dem das Sein verschieden, dem es fremd und von dem es unterschieden ist? Oder wenn Gott ist, so ist er in jedem Falle durch etwas anderes, da das Sein etwas anderes als er ist. Also ist Gott und das Sein dasselbe oder Gott hat sein Sein von einem anderen. Und so ist – gegen unsere Voraussetzung – nicht Gott selbst, sondern etwas anderes, Früheres als er, und das ist <dann> die Ursache seines Seins.

Außerdem: alles, was ist, hat es durch das Sein und von dem Sein, daß es sei oder daß es ist. Wenn also das Sein etwas anderes als Gott ist, hat das Wirkliche das Sein von etwas anderem als von Gott.

Außerdem: vor dem Sein ist nichts. Wer also Sein mitteilt, der schafft und ist Schöpfer. Schaffen heißt ja aus dem Nichts Sein geben. Es steht aber fest, daß alles das Sein vom Sein selbst hat, gleichwie alles weiß von der Weiße ist. Wenn also das Sein etwas anderes als Gott ist, müßte der Schöpfer etwas anderes als Gott sein.

Rursus quarto: omne habens esse est, quocumque alio circumscripto, sicut habens albedinem album est. Igitur si esse est aliud quam deus, res poterunt esse sine deo; et sic deus non est prima causa, sed nec causa rebus quod sint.

5 Amplius quinto: extra esse et ante esse solum est nihil. Igitur si esse est aliud quam deus et alienum deo, deus esset nihil aut, ut prius, esset ab alio a se et a priori se. Et istud esset ipsi deo deus et omnium deus. Praemissis alludit illud Exodi 3: ›ego sum qui sum‹.

10 Quaestio prima est: *Utrum deus sit*. Dicendum quod sit. Ex propositione iam declarata primo sic: si deus non est, nihil est. Consequens est falsum. Ergo et antecedens, scilicet deum non esse. Consequentia probatur sic: si esse non est, nullum ens est sive nihil est, sicut si albedo non est, nullum album est. Sed esse est deus, ut ait propositio. Igitur si deus non est, nihil est. Consequentis falsitatem probat natura, sensus et ratio.

15 Praeterea secundo ad principale sic: nulla propositio est verior illa in qua idem de se ipso praedicatur, puta quod homo est homo. Sed esse est deus. Igitur verum est deum esse.

Tertio sic: nulla res se ipsam deserere potest, ut ait *Augustinus* De immortalitate animae. Sed esse est deus, ut prius. Igitur non potest esse deum deserere, ut non sit.

25 Praeterea quarto sic: res id quod est a nullo alio habet, ut ait *Avicenna*. Unde quocumque posito vel non posito homo est animal rationale mortale. Et *Augustinus* dicit quod nihil

Wiederum viertens: alles, was Sein hat, *ist* – wobei ich von allen anderen Bestimmungen absehe –, so wie alles, was weiße Farbe hat, weiß ist. Wenn also das Sein etwas anderes als Gott ist, müßten die Dinge ohne Gott sein können, und so ist Gott nicht nur nicht die *erste* Ursache, sondern überhaupt nicht die Ursache für das Sein der Dinge.

Weiter fünftens: außerhalb des Seins und vor dem Sein ist allein das Nichts. Wenn also das Sein etwas anderes als Gott und Gott fremd ist, wäre Gott nichts, oder, wie oben, wäre er von etwas anderem als er und etwas Früherem als er. Und das wäre dann der Gott für Gott und aller Dinge Gott. Auf das Gesagte spielt das Wort an: ›ich bin, der ich bin‹ (Exodus 3,14).

Das erste Problem ist: *Ist Gott?* Man muß sagen, daß er ist. Aus der schon erklärten These folgere ich erstens so: wenn Gott nicht ist, dann ist nichts. Der Nachsatz ist falsch. Also auch der Vordersatz, nämlich daß Gott nicht ist. Die Folgerung wird so bewiesen: wenn das Sein nicht ist, ist nichts Seiendes oder nichts, so wie wenn die Weiße nicht ist, nichts Weißes ist. Aber das Sein ist Gott, wie die These sagt. Wenn also Gott nicht ist, ist nichts. Daß der Nachsatz falsch ist, beweisen Natur, Sinne und Vernunft.

Außerdem ergibt sich als zweite Folgerung für unser Problem: kein Satz ist wahrer als der, in dem dasselbe von sich selbst ausgesagt wird, zum Beispiel der Mensch ist Mensch. Das Sein aber ist Gott. Also ist es wahr, daß Gott ist.

Drittens so: kein Ding kann sich selbst aufgeben, wie Augustin in der Schrift Von der Unsterblichkeit der Seele sagt. Das Sein aber ist Gott, wie oben. Also kann das Sein Gott nicht aufgeben, so daß er nicht ist.

Außerdem viertens so: ein Ding hat das, was es wesentlich ist, von keinem anderen, wie Avicenna sagt. Ob man nun die Existenz irgendeines Menschen überhaupt annimmt oder nicht: der Mensch ist ein vernünftiges sterbliches Lebewesen. Und Augustin sagt, daß nichts »so ewig ist wie die Idee des

»tam aeternum quam ratio circuli«. Sed esse est essentia dei sive deus. Igitur deum esse verum aeternum est. Igitur deus est. Consequens patet, quia omne, quod est, per esse est. Esse autem deus est. Et hoc est quod scribitur Exodi 3: »qui est
5 misit me«.

In principio creavit deus caelum et terram. Notandum quod ex
14 praemissa propositione prima auctoritas hic exponitur quantum ad quattuor, ex quibus etiam aliae auctoritates exponuntur. Et iste erit modus totius operis expositionum et
10 sermonum, quod videlicet in unius auctoritatis expositione plurimae aliae breviter et incidenter exponuntur suis locis ex intentione et diffusius exponendae.

Dicamus igitur quod ex propositione declarata supra
15 primo probatur quod deus et ipse solus *creavit caelum et terram*, id est suprema et infima et per consequens omnia. Secundo quod *creavit in principio*, id est in se ipso. Tertio quod *creavit* quidem in praeterito, sed tamen semper est *in principio* creationis et creare incipit. Quarto quod creatio et omne opus dei in ipso principio creationis mox simul est perfectum
20 et terminatum. Ait enim: *in principio creavit*, quod est verbum praeteriti perfecti temporis.

Primum inter quattuor sic patet: creatio est collatio esse,
16 nec oportet addere »ex nihilo«, quia ante esse est nihil. Constat autem quod ab esse et ipso solo, nullo alio, confertur esse
25 rebus, sicut esse album a sola albedine. Igitur *deus* et ipse solus, cum sit esse, creat sive *creavit*. Ex quo etiam manifeste solvitur quaestio illa qua quaeritur, utrum actus creationis possit communicari alicui alteri; de quo suo loco plenius apparebit.

Kreises«. Das Sein aber ist Gottes Wesenheit oder Gott. Also ist es ewig wahr, daß Gott ist. Also *ist* Gott. Der Nachsatz ist klar; denn alles, was ist, ist durch das Sein. Das Sein aber ist Gott. Das sagt das Wort: »der da ist, hat mich gesandt«
(Exodus 3,14).

Im Anfang hat Gott Himmel und Erde geschaffen. Es ist zu bemerken, daß auf Grund der vorangestellten These das erste Schriftwort hier nach vier Stücken ausgelegt wird, woraus sich auch die Auslegungen anderer Worte ergeben. Und dies soll das Verfahren in dem ganzen Werk der
10 Auslegungen und der Predigten sein: bei der Auslegung eines Wortes werden nämlich sehr viele andere kurz und gelegentlich mitausgelegt, die an ihrem Orte planmäßig und ausführlicher ausgelegt werden sollen.

Geben wir nunmehr die (vier) Stücke an, die aus der oben
15 erklärten These bewiesen werden: erstens, *Gott*, und er allein, *hat Himmel und Erde geschaffen*, das heißt das Oberste und Niederste, folglich alles. Zweitens, *er hat im Anfang*, das heißt in sich selbst, *geschaffen*. Drittens, *er hat zwar geschaffen* – in der Vergangenheit, dennoch aber ist er immer *im Anfang*
20 der Schöpfung und hebt zu schaffen an. Viertens, die Schöpfung und jedes Werk Gottes ist in eben dem Anfang der Schöpfung alsbald zugleich vollendet und zum Zielpunkt geführt. Denn er sagt: *im Anfang hat er geschaffen* – das ist ein Zeitwort der vollendeten Vergangenheit.
25

Das erste unter den vier Stücken erhellt aus Folgendem: Schöpfung ist Mitteilung des Seins, und man braucht nicht hinzuzufügen: »aus nichts« (2 Makk. 7,28), denn vor dem Sein ist nichts. Es steht aber fest, daß vom Sein und von ihm
30 allein, von nichts anderem, das Sein den Dingen mitgeteilt wird, wie das Weißsein allein von der Weiße. Also ist es *Gott* und er allein – denn er ist das Sein –, der da schafft oder *geschaffen hat*. Dadurch findet auch jenes Problem eine klare Lösung, ob der Schöpfungsakt irgendeinem anderen Wesen übertragen werden kann, worauf an seinem Orte noch volle-
35 res Licht fallen wird.

Secundum inter quattuor, scilicet quod *creavit in principio*,¹⁷ id est in se ipso, sic patet: creatio dat sive confert esse. Esse autem principium est et primo omnium, ante quod nihil et extra quod nihil. Et hoc est deus. Igitur *creavit omnia in principio*,⁵ id est in se ipso. Creavit enim omnia in esse, quod est principium, et est ipse deus. Ubi notandum quod omne quod deus creat, operatur vel agit, in se ipso operatur vel agit. Quod enim extra deum est et quod extra deum fit, extra esse est et fit. Sed nec fit quidem, quia ipsius fieri terminus est esse, *Augustinus* IV Confessionum: fecit deus omnia. »Non fecit atque abiit, sed ex illo in illo sunt«. Secus est in aliis artificibus. Domificator enim domum facit extra se, tum quia extra ipsum sunt entia alia, tum quia ligna et lapides, in quibus est domus et fit, non habent esse nec ab artifice nec in ipso, sed ab alio et in alio. Non ergo falso imaginandum est quasi deus proiecerit creaturas vel creaverit extra se in quodam infinito seu vacuo. Nihil enim nihil recipit nec subiectum esse potest nec terminus esse potest nec finis cuiusquam actionis. Sed si quid ponatur in nihilo recipi seu terminari in nihil, non est ens, sed nihil. Creavit ergo deus omnia non ut starent extra se aut iuxta se et praeter se ad modum aliorum artificum, sed vocavit ex nihilo, ex non esse scilicet, ad esse, quod invenirent et acciperent et haberent in se. Ipse enim est esse. Propter quod significanter non ait a principio, sed *in principio* deum creasse. Quomodo enim essent nisi in esse, quod est principium? Secundum hoc exponitur illud infra Sap. 1: »creavit deus ut essent omnia« et Rom. 4:

Das zweite unter den vier Stücken, nämlich daß er *im Anfang*, das heißt in sich selbst *geschaffen hat*, erhellt aus Folgendem: die Schöpfung gibt oder verleiht das Sein. Das Sein aber ist der Anfang und zuerst von allem; vor ihm und außer ihm ist nichts. Das aber ist Gott. *Er hat* also alles *im Anfang*, das heißt in sich selbst *geschaffen*. Er hat nämlich alles im Sein geschaffen, welches der Anfang und Gott selbst ist. Hier ist zu bemerken, daß Gott alles, was er schafft, wirkt oder tut, in sich selbst wirkt oder tut. Denn was außerhalb Gottes ist und was außerhalb Gottes wird, ist und wird außerhalb des Seins. Ja, es wird überhaupt nicht, denn des Werdens Grenze ist das Sein. Augustin sagt im 4. Buch der Bekenntnisse: Gott hat alles geschaffen. »Nicht schuf er und wandte sich ab, sondern in ihm ist, was aus ihm ist«. Anders verhält es sich bei anderen Künstlern. Der Baumeister nämlich macht das Haus außerhalb seiner selbst, erstens weil außerhalb seiner <noch> andere Dinge existieren, zweitens weil das Holz und die Steine, aus welchen das Haus besteht und entsteht, ihr Sein weder vom Künstler noch in ihm haben, sondern von und in einem anderen. Man darf sich also nicht die falsche Vorstellung machen, als hätte Gott die Geschöpfe aus sich herausgesetzt oder als hätte er außerhalb seiner in einer Art Unbegrenztem oder Leerem geschaffen. Das Nichts nimmt ja nichts auf und kann weder Träger für etwas noch Begrenzung oder Ziel für irgendwelches Wirken sein. Nähme man aber an, etwas würde vom Nichts aufgenommen oder hätte im Nichts seine Begrenzung, so wäre es kein Seiendes, sondern selbst nichts. Also schuf Gott alles nicht nach Art anderer Schaffender so, daß es außer, neben und jenseits von ihm bestünde, sondern er rief es aus dem Nichts, das heißt aus dem Nichtsein, zum Sein, das es in ihm finden, empfangen und haben sollte. Denn er ist das Sein. Deswegen heißt es treffend, nicht vom Urgrund <weg>, sondern *im Urgrund* habe Gott geschaffen. Wie sollten <die Geschöpfe> auch sein, wenn nicht im Sein, dem Urgrund? Entsprechend werden die <in der Heiligen Schrift> später folgenden Worte: »Gott hat alles geschaffen, auf daß es sei«

›vocat ea quae non sunt‹ etc. et plura huiusmodi. Ubi rursus notandum quod sicut ei quod est aliquid accidere potest, non autem ipsi esse quidquam accidit secundum *Boethium*, sic extra omne quod est aliquid esse potest, extra ipsum vero
5 esse nihil esse potest.

Tertium inter quattuor, scilicet quod *creavit* quidem in 18 praeterito et tamen semper est *in principio* creationis, sic declaro: deus omne, utpote esse, agit in esse et ad esse, Sap. 1: ›creavit ut essent omnia‹. Esse autem initium primum et
10 principium est omnium. Ex quo patet quod omne opus dei novum est, Sap. 7: ›in se permanens innovat omnia‹; Apoc. 22: ›ecce, ego nova facio omnia‹. Propter quod Is. 1 dicitur: ›ego primus et novissimus‹. Sic ergo *creavit*, ut nihilominus semper creet. Quod enim est in principio et cuius
15 finis principium, semper oritur, semper nascitur, semper natum est. Unde *Augustinus* I Confessionum: ›omnia quae hesterna sunt et retro, hodie facies, hodie fecisti‹. *Creavit* ergo omnia *in principio*, quia in se ipso principio; et rursus in
20 se ipso principio *creavit*, quia praeterita et retro hodie quasi in principio et primo creat, quorum utrumque in aliis artificibus deficit, quia nec in se agunt et acta deserunt, quia agere desinunt.

Quartum et ultimum, scilicet quod creatio et omne opus 19 dei in ipso principio creationis mox simul est et perfectum et terminatum, patet ex dictis. Ubi enim finis et initium idem,
25 necessario simul fit et factum est, simul incipit et perfectum est. Deus autem, utpote esse, et initium est et ›principium et finis‹. Sicut enim ante esse est nihil, sic post esse nihil, quia esse est terminus omnis fieri. Quod enim est in quantum
30 huiusmodi non fit nec fieri potest. Propter quod praesentibus

›er ruft das, was nicht ist, wie das, was ist‹ (Weish. 1,14) und ›er ruft das, was nicht ist, wie das, was ist‹ (Röm. 4,17) und dergleichen mehr ausgelegt. Hier ist wiederum zu bemerken: wie nach Boethius dem Seienden etwas zufallen kann, dem Sein selbst aber nichts zufällt, so kann außerhalb alles Seienden (noch) etwas sein, außerhalb
5 des Seins aber kann nichts sein.

Das dritte unter den vier Stücken, nämlich daß er zwar in der Vergangenheit *geschaffen hat* und doch immer *im Anfang* der Schöpfung steht, erkläre ich so: Gott wirkt als das Sein
10 alles im Sein und auf das Sein hin: ›er hat alles geschaffen, auf daß es sei‹ (Weish. 1,14). Das Sein aber ist der erste Beginn und Anfang aller Dinge. Daraus erhellt, daß alle Werke Gottes neu sind: ›in sich beharrend macht er alles neu‹
(Weish. 7,27); ›sieh, ich mache alles neu‹ (Offb. 21,5). Deswegen heißt es: ›ich bin der Erste und der Neueste‹
15 (Jes. 41,4). Er *hat* also so *geschaffen*, daß er gleichwohl immer schafft. Denn was im Anfang ist und wessen Ende (sein) Anfang ist, entsteht immer, wird immer geboren und ist immer geboren. Daher sagt Augustin im 1. Buch der Bekenntnisse: ›alles, was von gestern und noch früher her
20 ist, das wirst du heute machen, hast du heute gemacht‹. Er *hat* also alles *im Anfang* geschaffen, weil in sich, dem Anfang selbst. Und ferner hat er in sich, dem Anfang selbst, geschaffen, weil er Vergangenes und Zurückliegendes heute
25 gleichsam anfänglich und erstmalig schafft. Beides geht anderen, die etwas schaffen, ab, weil sie nicht in sich wirken und das Gewirkte verlassen, indem sie vom Wirken ablassen.

Das vierte und letzte, daß nämlich die Schöpfung und jedes Werk Gottes im Anfang der Schöpfung selbst alsbald zugleich sowohl vollendet als auch beendet ist, erhellt aus
30 dem Gesagten. Denn wo Ende und Anfang dasselbe sind, da sind Werden und Gewordensein, Beginnen und Fertigsein notwendig zugleich. Gott aber, das Sein, ist Beginn und ›Anfang und Ende‹ (Offb. 1,8; 22,13). Wie nämlich vor dem Sein nichts ist, so ist nach dem Sein nichts; denn das Sein ist
35 das Ziel alles Werdens. Das Seiende als solches wird nämlich nicht und kann nicht werden. Deswegen endet die Bewe-

habitibus cessat motus. Quod enim est domus, non fit domus, licet possit dealbari et huiusmodi, sed hoc est, in quantum non est alba. Sic ergo creatio et omne opus dei mox ut incipit perfectum est, Deut. 32: ›dei perfecta sunt opera‹, et 5 Psalmus: ›dixit et facta sunt‹. Nam ipse initium sive ›principium et finis‹ est, Apoc. primo et ultimo.

Resumentes autem breviter dicamus sic per singula: 20

Esse est deus per essentiam. Ab ipso ergo et solo ipso accipiunt esse omnia. Igitur: *creavit deus caelum et terram*. Hoc 10 de primo.

Rursus extra deum, utpote extra esse, nihil est. Igitur vel non creavit vel creavit in se ipso principio omnia. Hoc de secundo. *Augustinus*: »ex illo in illo sunt«.

Adhuc autem deus, utpote esse, est primum et ultimum, 15 ›principium et finis‹. Igitur omne quod creavit praeteritum, creat ut praesens *in principio*; quod creat sive agit nunc ut *in principio*, simul creavit in praeterito perfecto. *Augustinus*: »omnia quae retro sunt, hodie facies, hodie fecisti«. Hoc de tertio et quarto.

Rursus etiam quia finis ibi est principium, semper 20 perfectum incipit et natum nascitur. Sic ergo deus creavit omnia, quia creare non desiit, sed semper creat et creare incipit, Ioh. 5: ›pater meus usque modo operatur et ego operor‹, et *Augustinus*: »non fecit (etc.) atque abiit« etc. 25 Semper enim creaturae sunt in suae creationis fieri et principio. Et hoc est quod ait: *in principio creavit deus caelum et terram*. Eo enim quo perficit et finit, incipit, quia finis est initium, et quo incipit, finit sive perficit, quia initium est finis, Apoc. primo et ultimo.

gung, wenn der in ihr erstrebte Zustand erreicht ist. Was schon ein Haus ist, wird kein Haus mehr, wenn es auch geweißt werden kann und dergleichen; aber das geschieht nur insofern, als es noch nicht weiß ist. So also ist die Schöpfung und jedes Werk Gottes, sobald es anhebt, schon vollendet: ›Gottes Werke sind vollendet‹ (Deut. 32,4), und: ›er hat gesprochen, und es ist geworden‹ (Ps. 32,9). Denn er ist Beginn oder ›Anfang und Ende‹ (Offb. 1,8; 22,13).

Zusammenfassend wollen wir kurz im einzelnen folgenden sagen: 10

Das Sein ist Gott seinem Wesen nach. Von ihm also und ihm allein empfangen alle Dinge Sein. Also (heißt es): *Gott hat Himmel und Erde geschaffen*. Dies zum Ersten.

Ferner: außer Gott, außer dem Sein nämlich, ist nichts. Also hat er entweder überhaupt nicht geschaffen, oder er hat 15 alles in sich selbst als dem Urgrund geschaffen. Dies zum Zweiten. Augustin: »in ihm ist, was aus ihm ist«.

Zudem aber ist Gott als das Sein das Erste und das Letzte, ›Anfang und Ende‹. Was immer er also Vergangenes geschaffen hat, schafft er wie gegenwärtig *im Anfang*; was er 20 aber jetzt wie *im Anfang* schafft oder wirkt, hat er zugleich in vollendeter Vergangenheit geschaffen. Augustin: »alles, was von früher her ist, das wirst du heute machen, hast du heute gemacht«. Dies zum dritten und vierten Punkt.

Und wiederum: weil Ende hier Anfang ist, hebt das bereits 25 Vollendete immer erst an und wird das bereits Geborene immer erst geboren. Gott hat also alles in der Weise geschaffen, daß er nicht abgelassen hat zu schaffen, sondern immer schafft und zu schaffen anhebt: ›mein Vater wirkt bis jetzt, und auch ich wirke‹ (Joh. 5,17). Augustin sagt: »nicht 30 schuf er und wandte sich ab« und so weiter. Die Geschöpfe sind ja immer in ihrer Erschaffung Werden und Anfang. Das besagt das Wort: *im Anfang hat Gott Himmel und Erde geschaffen*. Denn womit er vollendet und beendet, hebt er an, weil (hier) Ende Beginn ist, und womit er anhebt, beendet 35 oder vollendet er, weil (hier) Beginn Ende ist (vgl. Offb. 1,8; 22,13).

Postremo notandum quod ex praemissa prima propositione, si bene deducantur, omnia aut fere omnia, quae de deo quaeruntur, facile solvuntur, et quae de ipso scribuntur – plerumque etiam obscura et difficilia – naturali ratione clare exponuntur.

Sic igitur praemissa tria, scilicet propositio, quaestio et auctoritas hic prooemialiter et breviter exponuntur, in suis locis, in initiis scilicet trium operum, plenius pertractanda.

Als letztes ist zu bemerken: aus der ersten vorausgeschickten These lassen sich, wenn sie richtig abgeleitet werden, alle oder doch fast alle Gott betreffenden Probleme leicht lösen und die Schriftworte über ihn – fast immer auch die dunkeln und schwierigen – mit natürlicher Begründung lichtvoll auslegen.

So sind also die drei vorausgeschickten Stücke, These, Problem und Schriftwort, hier einleitend und kurz ausgelegt worden, sollen aber an ihrem Ort, nämlich an den Anfängen der drei Werke, vollständiger behandelt werden.